



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 1. Tartariæ Moschouiticæ Regiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

§. I. *Tartariæ Moschouitica Regiones.*

O B-	<i>Obia</i> , vrbs à Fl. sicut & tota Prouincia nomen traxit, qui ortus ex lacu <i>Kitaiisko</i> , de quo aliàs, sex ostiis in Ocea- num tendit : is autem ad 80. Vorest Moschouitica extenditur, hoc est 60. mille passus, ac tot tantisque piscibus abundat, vt nauigantium remis premantur, iisque sæpe obsistant.
D O-	
R A	Hic quoque idolum Anus aureæ, vulgò <i>Zolota Baba</i> , hæc gremio infantem tener, & alter propinquus ei adhæret quem nepotem putant indigenæ: offerunt statuæ pretiosas pelles, ceruos mactant, & omnia si- mulachri membra inungunt. De montibus vicinis di- cemus in Admirandis.
R E-	
G I O	Hic quoque varij populi Moscho parentes ex flumini- bus appellati, quorum nomina tantùm habemus ex <i>Gaguino</i> .
SIBE-	<i>SIBERIA</i> : <i>Siber</i> , aut <i>Sibior</i> , vnde toti Regioni nomen: errauere enim, qui in hac Prouinciâ nullas vrbes esse putant.
R I A	<i>Vergateria</i> , initio huius sæculi à Moschis condita. <i>Iaphani</i> , per quam deuenitur Tinnam. <i>Tinna</i> populofissima ciuitas.
<i>Siberie,</i> <i>ou Si- bior.</i>	<i>Tobolska</i> , à quibusdam Siberiæ caput. <i>Pohemum</i> : <i>Pohem</i> , à Moschouitis vrbs extructa. <i>Olcocoygorodia</i> , ad confl. Fl. <i>Yrtis</i> in <i>Obium</i> , destructa. <i>Noxincoia</i> , vrbecula cum arce. <i>Tooma</i> , iussu Ducis Russici excitata per Siberiæ præfe- ctum.
L V- C O- MO- R I A	<i>Lvcomoria</i> , quam interfluit Fl. <i>Coffin</i> , hæc Prouin- cia continet multos populos vix notos Russis, nisi de solo nomine. Hic quoque multa iactantur, de quibus in Admirandis.

**L O P -** Ad Oceanum Borealem : populi huius regionis in syluis, & campestribus degunt, feritate singulari ; peri-  
**P I A** tissimi sagittarij quā in parte volunt feram vulnerant.  
**Lopski.** Excipiūt perhumaniter mercatores. Apud illos mon-  
tes igniomi in quibus Salamandræ viuunt, ut vulgo  
circumfertur.

§. 2. *Tartariae Moschouiticæ populi.*

**T I N -** Detecti sunt à Moschis in Siberiâ degentibus : mo-  
**G O E S I** ribus humanissimis, collo crasso vnde erumpunt vo-  
**Tingoe- ses.** ces quasi gallinarum Indicarum. Fluuius hic instar  
Nili agros oblimat.

**S A -** Populi olim Anthropophagi, & aliorum populorum  
**M O I E -** societatem refugientes, nunc viuunt cum Moschis,  
**D Æ** & eorum Duci tributum persoluunt, pelles duas Zi-  
**Samo- bellinas in singula capita. Hic quoque capitur bellua**  
**gedz.** terribilis dentibus ascendens ad Promontoria, & in  
campis omnia vastans.

**N A -** Variis nominibus appellari video; dicuntur enim in  
**G A I A** historiis, & relationibus *Nogay*, & *Nohay*, & *Nocay*,  
*le Na-* immo & nisi error irreperitur *Ocassi*, & eorum regio-  
*gaiis, ou* nem alluit  
*Naiaski.* Rhymnus Fl. vulgo *Taych*, ex Siberiâ profluens.  
Scharaitka: *Scaraitzk*, primaria vrbs eorum dicitur  
vbi Chamus residet, qui tribus eorum hordis impe-  
rat, & cùm opus est 20. Equitum millia conscri-  
bit.

§. 3. *Tartariae Moschouiticæ Regna.*

**R E G N V M** CASANVM : *Cazan*, sic dictum quasi *olla feruens*,  
olim suum Regem habuit potentissimum, sed à  
Basilio Duce expulsis Regibus in ditionem Rus-  
ficam transiit, & firmius huic hæsit expulsis, ex-  
inde Tartaris, per filium Ioannem. Sita est ad  
Fl. Volgam & Cazanum, vnde vrbi nomen.

**C A Z A -**

**N E N S E**